ENGELBERTUS ADMONTENSIS

Klosterneuburg, 1384 Seite 9v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=237
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et depressione et gradacione motus animi in ipsis
mentis affectibus prorumpit cantans in consimilem
elevacionem depressionem vel gradacionem in can-
tibus. Unde cantus in tonis depressis convenit
lamentacionibus et cetera. Et cantus in tonis ele-
vatis convenit gaudiis et exultacionibus. Et
cantus in tonis mediis et gradatis convenit
similiter similibus animi affectibus. cuius signum evidens
apparet in saltantibus in choro qui similiter
tres modos observant. scilicet vel saltando
vel gradatim vel depresse chorum ducentes sicut
de hiis omnibus latius prosequitur beda in libro
de musica. Similiter omni modo psalmorum
omnium et maxime huius psalmi materie et modi
nunc elevant per amorem et desiderium celestium
iubilacionum mentis et gaudium: ut ibi de-
fecit in salutem tuam anima mea. Defecerunt oculi mei in
eloquium tuum. Item Eructabunt labia mea
ymnum. Et nunc vero deprimunt per timorem et humi-
litatem ad penitenciam et lamentum: ut ibi. Adhesit
pavimento anima mea. Dormitavit anima mea pre tedio
Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. Et nunc
de superioribus ad inferiora retrahunt
per consideracionem et recognicionem: ut ibi. Cogni-
dunt quia equitas iudicia tua. Cogitavi vias
meas et pedes meos. Memor fui iudiciorum tuorum
a sede domini. Et nunc de inferioribus reducunt et
elevant per spem et desiderium ad superiora: ut ibi
Memor esto verbi tui servo tuo in quo mihi spem dedi.
Hec me consolata est in humilitate mea. Item Fiat misericordia
tua ut consolentur me. Veniant mihi misericordie tue
et vivam: et similia. Et in unoquoque istorum modorum
delectat se vel tanquam ad solacium vie vel
tamquam in gaudio patrie quasi per celestem armoniam
et sancti spiritus musicam quam movet et demulcet
animos et animas electorum vel incipientium vel

proficientium vel perfectorum prout unusquisque modus
convenit hiis et illis. Unde gregorius super illud ii. Re-
vii. Iudam et vilior fiam ante dominum et humilis
eo modis meis et cetera. Sentiant alii de vir-
tutibus dicendo quid voluerint. Ego inter omnes
virtutes eius quibus per spiritum sanctum preditus erat
plus stupeo et admiror dicendo coram archa
domini saltantem quam cum golia pugnantem et
Similiter et sunt viii. pericula que conqueritur
et proponit et viii. remedia contra malum pericu-
lorum et octo beneficia ad bonum et perfectum que
orat et petit ut predictum est. Ita et sunt viii. me-
dia et instrumenta per quorum exercicia predicta reme-
dia et beneficia operante gratia proveniunt. vz.
iustificaciones. mandata iudicia testimonia.
mirabilia verba sermones et eloquia divina
Unde de duobus magnis iustis proficientibus
et perfectis dicitur luc. i. quod incedebant in omnibus
mandatis et iustificacionibus domini sine que-
rela. Horum omnium descripciones et destinaciones
in fine iudicis locis et octoviis continentur
Precipue tamen de iustificacionibus Ps. lxx.
xvi. versu v. Item de mandatis Ps. lxx. xxi. v.
viii. Item de iudiciis Ps. lxx. vii. v. iiii. Item
de testimoniis Ps. lxx. xi. v. viii. de mira-
bilibus Ps. lxx. xvii. v. i. Item de verbis Ps. lxx. xvi. v. i.
Item de sermonibus Ps. lxx. vi. v. ii. Item de eloquiis
Ps. lxx. vi. v. i. Similiter sunt viii. principia ori-
ginalia et formalia que quasi specificant et
informant et rectificant ac dirigunt predicta
viii instrumenta divina. vz salutare dei
viva veritas et lex vita. equitas et iusticia
et misericordia divina. quorum primum scilicet salutare dei
quod est ipse xpc movet et dirigit ut finis.
Reliqua ut principia et forme instruccio-
nis divine et instrumentorum divinorum in for-

Octo principia